

Carthagine (Revue arch. 1899 t. 35 p. 174. — 1) Cf. infra N. 4497. — 2) Nomen alterius ex sacerdotibus erasum.

4428

[Pan]thea cornigeri¹ sacris adiuncta Tonantis, |
 [q]uae Libycis Maurisque simul venerabilis oris |
 [his] etiam colitur te[rr]is, quam Iuppiter Hammon |
 [inter] utrumque lat[us] m[e]diam cum Dite severo |
 [dext]er sede tegit: hanc p[u]lvinaribus altis |
 [sublimi]que dicat solio divosque frequentis |
 ianus a militiis de suplice voto |
 facie renova[n]s² dominamque biformem. |

Ded. | pr. CCVII.³

*Auziae in Mauretania (VIII 9018 vidit Wilmanns particulam quae fines ver-
 suum continebat). Buecheler carm. epigr. n. 253. — 1) Corniger appellatur Ham-
 mon ab Ovidio art. am. 5, 789; metam. 5, 17. 45, 509 et ab aliis. — 2) renovam
 traditur, correxit Buecheler. — 3) Dedicatum (anno) provinciae 207 (p. Chr. 246).
 — Deam Caelestem (N. 4429 seq.) hoc carmine celebrari putat Buecheler.*

4429 Caelesti | sacr. | res publ. Lamb. | d. d. p. p.
Prope Lampaesim (VIII 2592 vidit Wilmanns).

4430 Caelestabus¹ Augustis sanctum, quod | C. Cornelius Aquila q.,
 aedil., et nunc IIvir, | voverat, a solo structum sua pecunia | libens alta-
 tribus dedicavit cum Cornelii[s] | Donato patre et Victore filio, pr. CLXXIII.²

4431 Caelesti Aug. reduci et conservatrici domus suae, | quot salvos
 incolumesque C. Iulium Victoricum et | Caecilia Namphamina (*sic*) parentes
 invenerit, C. Iulius Libosum cum Ulpia Dativa uxore ac liberis suis | hanc
 aram operis quadratari donavit, numi[n]ique peregre promissum libens red-
 didit votum | feliciter.

4432 diis Caelestibus Augg. C. Iulius Libosum cum suis omnibus v.
 s. l. a., XI kal. Iul., p. CCH.³

*Auziae in Mauretania (VIII S. 20744. 20743. 20746 bis descriptae). — 1) Sic
 lapis, non Caelestibus. — 2) (Anno) provinciae CLXXIII, i. e. p. Chr. 213. —
 3) (Anno) provinciae CCII, i. e. p. Chr. 242.*

Ex eodem sacrario Caelestium prodierunt etiam VIII S. 20745 et VIII 9015.

4433 aedem quam Cassia Maximula, flaminica divae Plotinae, Caelesti
 deae voverat, Sextili Martialis mari[t]us, sacerdos publicus, omnibus hono-
 ribus functus, et Martialis filius, flamen perpetuus, aedilis, suo | sumtu a
 solo aedificatam d. d., marmoribus et museis et statua Pudicitiae Aug. et
 thorace Caelestis | Augustae¹ ornaverunt et die dedicationis decurionibus
 sportulas dederunt.

*Solimán (30 chil. a Tunete), ablata dicitur ex ruderibus oppidi Carpitani
 (VIII 993 descr. Guérin). — 1) Peplos deae Caelestis memoratur trig. tyr. 20.*